



Quod bene vortat Panomphæus,  
 Novis Conjugi Candidatis,  
 INTEGERRIMO ET PRUDENTISSIMO VIRO,  
**DN. IOHANNI**  
**M V T I O** Juniori,  
*Illustriſſimo, & generoſiſſimo principi ac Domino,*  
**DN. RUDOLPHO** Principi Anhaltino,  
 Comiti Aſcaniæ, Domino Serveſtæ ac  
 Bernburgi ab officijs.

ET  
*Virginei decoris amabilitate conſpicua*  
**CATHARINÆ,**

DN. ABRAHAMI CREMERI, viri reve-  
 rendâ dignitate, morum humanitate eruditio-  
 nis ubertate clariffimi, Eccleſiæ, quæ colligitur Lin-  
 daviæ Anhaltinorum, Paſtoris vigilantiffimi

Filiæ natu maximæ;

*Carminibus votivis*

*congratulantur*

Amici & Adfines

*In Academiâ Francoবাদanâ.*

*Ad d. 4. Id. Septembris*

ANNO M. DC. XXI.

---

*Typis FRIDERICI HARTMANNI.*



Quod hinc dicitur & antiquitas  
Novus Conjugi Candaris

Interpretatio est de... Nro.

DN. IOHANNI

M. V. T. I. O. Juniori

Illustrissimo & Excellentissimo Principi Domino

DN. RUDOLPHO Principi Anhaltino

Comiti Alearix, Domino Serenissimo ac

Reipublicae ab officio

Principi dicitur... conficitur

CATHARINE

DN. ADRIANI CREMERI, Viri

rebus dignitate, motum humanitate eruditio-

nis ubertate, ingenio, fide, que colligitur in

de rebus... dignitate

in rebus... dignitate

Comitibus... dignitate

comitibus... dignitate

Amici & Adversarij

In Anhaltino... dignitate

in rebus... dignitate

ANNO M. DC. XXI.

Joh. FRIDERICI HARTMANNI





JOHANNES MUTIVS

*αναγκασιωτατος.*

Eia! tū sumn' onus.

Elaboratio.

**E**Nestas abiit: vesana Canicula messem.  
Coxit: ad autumnum vergit amœna dies.  
Vergis ad Alcestem, Bone Muti, Virginis oram.  
Dum stringit Phœbus; sed tibi fibra Venus.  
Te propero optatum pede tempus quippe iugales  
Ad tadas, messis frugibus, ire monet.  
Non renuet, simulet se quamvis Sponsa rebellem,  
Quam tamen alloquio hoc scis cicurare tuo:  
Eia! veni mea Mulsæ: est vanum obsistere fatis.  
Me carpis? dic, tū sumn' onus, an tibi honos?  
Nontibi onus, sed honos, vitæ sum dulce levamen.  
Quale etiam semper te fore, fido, mihi.  
Quod superest, applaudo tibi breviorē Camœnā,  
Conjugioq; precor prospera fata tuo.  
Aurea pax semper vestros circumvolet agros,  
Hinc Bellona procul sanguinolenta volet.

Adproperabat gratula  
bundus

CHRISTOPHORUS Bärenreuter  
Bernburgo-Anhaltinus.

A 2

CAT.





CATHRINA DN. ABRAHAMI CREMERI  
PASTORIS FILIA

<sup>Ἀναξαυυ.</sup> omiſſis aſpir.

Anrorans ſic dia refert tibi apicla maritam?

Ad Sponſam.

**A**Urū dent alij, quēſ dives copia rerum,  
Non aurum, ſed *Apem*, quam tibi dono, cape.  
Ecce repræſentat, quamvis ſub imagine parvâ,  
Conjugis exemplum mille *meliffa* modis:  
Alveolos ſtruit illa, locat ſimul ordine ſtructos,  
Suspenditq; ſuis cerea dona favis;  
Venturæq; memor brumæ ipſa æſtate labores  
Exercet varios, jam ſpeculatur aquas,  
Nubila jam cœli, venturi provida fati:  
Nunc almâ educit pignora adulta domo:  
Sedula nunc cuſtos adſtat portæ, atq; lacertus  
Blattave ne ſubeat tectâ tenella, cavet.  
Nunc pigrum, fucos, pecus à præſepibus arcet,  
Nunc gerulam ſociam ſuſcipit atq; levat:  
Nunc gerula ipſa foris ſaltus ſylvasq; peragrat,  
Mellifico & ſucco roris onuſta redit:  
Regemq; obſervat, ſtupet, & circumflat, eundem  
Fida comes digno ſemper honore colit.  
Deniq; cum primis fœdos munda odit odores,  
Floribus inſidens mellaq; pura legit.  
Oter felicem, cui fœdere nupta, maritum,  
Legitimo in thalamum grata *meliffa* datur!

Quæ



Quæ mirâ rerum dulcedine capta suarum  
Fida suum regem pregeniemq; colit,  
Ignavos fugitatq; dies lascivaq; turbæ  
Atria famineæ, sedulitatis amans,  
Munditiæ cultrix, casti cultrixq; pudoris,  
Curam gnava domus, gnava viriq; gerit.  
*An rorans sic dia refert tibi apicla maritam?*  
Hanc imitare foro, *Sponsa*, imitare toro.

F.

ABRAHAMUS CREMERUS  
*Sponsæ Frater.*

---

**D**Ura propinquat hyems, Et factâ messe colonus  
Convehit arsuero ligna cremanda foco:  
Et nova consumtis emit arma prioribus, aut quas  
Prætereâ merces cura requirit agri.  
Huic non absimilis studio mihi, *Sponsæ*, videris,  
Dum domui gelidas prospicis ante nives:  
Subductâq; ipsam properas fulcire columna,  
Tellure emotam, ne qua ruina trahat.  
Materiamq; simul, quæ immitem leniat auram,  
Fendis. Conatu mactæ age *Sponsæ* tuo!  
Quis te Mercator tam pulchrâ merce beavit?  
Rarò venales est reperire probas.  
O te Mercurio, quoties enis, auspice tutum,  
Qui nullis unquam decipiare dolis!

A 3

Ultere





*Utere sorte tuā, feliciter utere, Sponse,  
Sponsa tibi ad thalamum contigit aptatum.  
Lite vacet lectus, Sobolem generate, nepotes  
Cernite, quam tulerit Sors, tolerate crucem.  
Livida successu turbentur pectora vestro;  
Nescio quid votis possit abesse meis?*

Adponēbat

**BERNHARDUS GESENIUS**

Deſſavia - Anhaltinus

Electoralis Stipendiarius

---

**CATHARINA**

*Dulcedo viri,*

**JOHANNIS MUTII,**

*οὐδέν μέχρ' ἀγαθῆς γλυκερώτερόν ἐστι γυναικός.*

**NIL CARA** in terris est Conjunge dulcius! isthæc  
Dulcedo Vincit LILIA, Mella, Melos.

Dulcis odor, latè quem de se Lilia spargunt:

Mel dulce; &, resonans gutture, dulce Melos.

Lilia, Mella, Melos vincit CATHARINA reflexis

Litterulis; CATHARA est, CARA, CARINA,

CATA est.

*Chronodisticon.*

*O Iova astripotens Largire ô MVnera Sponsis*

*Affere Fons Vitæ foedera Leta tori.*

Honoris ergo cudit

**STEPHANUS HEINIUS**

Servest. Anhalt.

Höre



H öre zu was Gott  
 In Ehestand  
 O von nötn ist /  
 H erklich / ja nicht  
 A llein friedlich /  
 N ach dem / so wil  
 N us vnd Segen  
 E y / so sie Friedl=  
 S o ist zum andern  
 M iltigkeit / ja  
 V on nötn Christli=  
 T äglichn auch zu  
 Z um dritten soll=  
 B etrachtn / vnd ne=  
 R ein von ganken H=  
 E wig nach sein  
 V nnd welche nun  
 T uhn vnd von Herkn  
 I rdisch als dann  
 G emacht werden /  
 A ber Himmlisch g=  
 M it Friedn stelle

Ejudem  
 I a hat Gebotn  
 C hristen v O n nötn.  
 A nfangs T rewlich /  
 T iers noch G rewlich /  
 H eilich L E ben /  
 A uch Gott B enebn  
 R eichlich I hn gebn /  
 I ch vnd gleich L ebn.  
 N ach friedsa N feit /  
 A Gott seeli G leit /  
 C ha Ehe L euten /  
 H e R kn zu L e Y ten.  
 E n Ehe C hristn  
 M lich sich K lar rüsn /  
 E rken Gott tra V den  
 R eich ringn v N nd schawen.  
 S olchs woll be D racht /  
 B ey sich S t ets acht /  
 R eich sie w E rden /  
 A n Leibs G eberdn /  
 V utt / die seeln w E rdn han /  
 T ts Lebe N an.

JO mehr von Gott wir guts H A N  
 Mit dankf erkenn ein Jedermann.  
 M Vttsamkeit (probitas) vnd mit guten nütZ  
 Gott theilt vns mit vnd helt vns schutz.

C A lter Winter T R i s s t itzunt N A,  
 D rumb er vorn Winter wol thut ja /  
 C R euter zuholen bey K r ä M E R S,  
 S ich damit zu labn des Winters.

Gott Vatter Des Ehestandes / gebe Ihn hler relchen / aber In selnem  
 thron Den ewigen Segen.

Ergone:





**E**Rgone tantâ, *Sponse*, cupidine  
Festivitat<sup>is</sup> pompam Hymeneiæ  
Trisimo in rerum per orbem  
Indugredi properas catoptro?  
Ergone tantâ, *Sponsa*, lubidine,  
In his malorum colluvionibus,  
In hac virenti pube, Paphi  
Subdier auricommo capistro  
Molire Divæ? Per taratantara,  
Enyo turmas valdius incitat,  
Nec excutis tecum laborum  
Iliadem, Iliadem malorum?  
Heus quæso mentis serm<sup>in</sup>io tuæ  
Venare causas, quàm dubiæ alex  
Molem capeffas, calibatus  
Tædia qui nimium choreis  
Mutare pruris connubialibus!  
An queis procellis queisq; periculis  
Concussa pacis ingemiscant  
Fædera Teutoniæ per oras,  
Ignara mens est? Sævus acinace  
Quàm scythico Thrax lancinet undiq;  
Poloniam; quàm maceret gens  
Romula Christiadum coronas,  
Incerta mens est? Quis stabilem sibi  
Hoc polliceri turbine nidulum  
Ausit? quis ausit sub jugali  
Auspicijs dubijs coire  
Tædâ? perosus quis Veneris pote  
Dormire nolit cœlibe lectulo?  
Quis optet efflictim pusillum,  
Ancipiti resiliere in ulnis

Pupum



Pupum gradu? Sed publica ne loquar,  
Domesticorum plurima & arictant  
Nuptos malorum plaustra, utrosque  
Cordolii emaciantque mille  
Semper pharetris. Haut sine cœlitum  
Favore, si jam gliscit in ossibus  
Ignis, medullitusque flagras  
Connubialis amoris æstu,  
Suspensus hæres; quam Triados sacro  
Timore *Saram*, *Penelopen* fide,  
Morumque cultu quam *Rebeccam*, &  
Laude pudicitiae *Susannam*,  
Quam fronte Sponsus *Tyndaridem* frequens  
Ductis recessu cordis ab intimo  
Suspiriis desiderabas;  
En scabies animi mariti  
*Xantippa* rixis sesquipedalibus  
Urget grabatum, latratet *Hecuba*  
Rictu canino. Rara grandi  
Quæ pote sit canier *Corynna*  
Laudis cothurno: rarior obtigit  
*Alcestis* ultro funere pro viri  
Elata. Sed sit sit *Corynna*  
Nupta, sit & melior *Susannâ*  
Ipsâ; Esto: jam quot tædia sanctior  
Prolis tenellæ cura tibi excitat;  
Hanc educare, hanc erudire,  
Hoc opus, hic labor est, jugisque  
Trinacriis hoc est gravius jugum.  
Quid plura dicam? quid, febre querquerâ  
Si macera tam lectuli ægri  
Culcita fors subolem retentet?

B

Quid,



Quid, si protervis forficibus nimis  
Rapaciori & pollice licia

Vix incoata Morta vitæ  
Amputet, & lacrumas supellex  
Crepundiorum largiter exprimat,  
Visæve fletus fasciolæ innovent,

Si dissonum si vagientis  
Suave melos reticescat omne?  
Quid damna fando, quidve gravamina,  
Nocere nati quæ glomeramine

Inferre conferto subinde  
Et famuli & famulæ allaborant,  
Consueta rauco gutture persequar?  
Vicinus ut quæ cordivoro suæ

Rixositaris felle Timon  
Adduplicare duit, relinquam.  
Famem sitimque hinc indocilis pati,  
Sopore pigro haut Endymiona, sed  
Hinc perdius pernoxque rebus  
Invigilare cluet maritus.

Res tanta, cascis pol vadimoniis  
Se noxiæ submittere flammulæ  
Commune quâ curæ frequentes,  
Quâ posuere sibi dolores

Cubile. Sed te, ô *Mutiadam* decus,  
Quæ mellilingui voce glycyrrhoa  
In æstuosas hæc syrtes  
Parthenope rapuit, fatere:

Num mentis illex Diva cypri & potens?  
Sacra aut futuræ spes opulentia?  
Ast absit illa hirudo cordis,  
Unde animi vigor ergo tantus,

Minus



Minus faventi carbasa quò Noto  
Nil intremiscis tradere, quin fidem  
    Ti *Catbarilla* sempiternam  
    Idalias stipulère ad aras?  
Forfit videndæ te vehementius  
Titillat ardor prolis, & indidem  
    Cesti sacratos nuptialis  
    Pensiculas trutinâ æquiori  
Fines? Acu rem pol tetigi audiam  
Vates novellus. Nupturientium  
    Haut inficetè prolis ingens  
    Illicium pedicis amoris  
Bigam implicavit: spurca libidinum  
Auresque vellunt castra modis simul  
    Invisa multis; entheisque  
    Illecebris pietatis æstus  
Mentes inescat: tum quoque conjugum  
Exempla divùm. Cordifluâ hinc fide  
    Paphirecens cultor palæstram  
    Victor adire parat Diones,  
Umbone fultus Jovigenæ, sibi  
Fati procellas nec creperas timet,  
    Seu Luna lustret nube, sive  
    Luce Diespiter orbis oras.  
Obnubilatum namque Thalassio  
Lectum serenat: ruga calabridum  
    Morosiorum atque hinc *Catonum*  
    Exulat, induperante Como:  
Vexanda ventis per mare Balthicum  
Fugante fertur Læticiâ ocyus,  
    Queis inquinatur, fellearum  
    Rheda, torus, querimoniarum;



Si Dius Ardor si explicuit toro  
 Frontem, medullas si parili face  
     Constringit & compingit imas;  
     Chrysolitis cluet ille major  
 Indis, nec illum conditionibus  
 Catus Prometheus Attalicis velit  
     Mutare: quo uno fonte Recti  
     Nectaream thalamis salivam  
 Irrorat omni tempore Cypria,  
 Atramque fessi tristitiam joco  
     Miscet laboris docta mensas  
     Suavibus alloquiisque lectum  
 Condire: quo nil conscia mens sibi,  
 Cornuque fervens divite copia,  
     Junoque felix in mariti  
     Alsidas agitant choreas  
 Æde. Ergo vobis hunc thalami ducem,  
 Sponsi novelli, compede jungite,  
     Arctissimo: sit auspicatus  
     Vester Amore torus sereno.  
 Utrique centum condere Arabicæ  
 Pluresve messes instar avis sub hoc  
     Ductore digni, mente semper  
     Unanimâ viridique crure.  
 Utrique digni, nomine de Patris  
 Appellatum Mutiolum brevi  
     Videre, fratrum, quem sequatur  
     Deinde ducem chorus & sororum.  
 Haut vota defunt, quæ tibi amiculi  
 Fortes precantur, fortis amicus  
     Precor serenos, sponse, amores,  
     Accumulans nova vota votis.

Leguor



Ἐργὸς ἵχθου.

LVX Vbi septembris, Coelo bis qVinta reLVXI,  
LVnglrvr eCCe plo Virgo Cathrina Viro.

F.

FELIX HAUSTADIUS.

Servesta - Anbaltinus.

*Ad Sponsum.*

JANE ò Virorum MUTIADE decus  
Politiorum, Flosque sodalium,  
*Lindaviensi qui theatro*

*Principis Officialis audis,*

Audistin' illam compositam minus  
Dissuasionem conjugii, illius  
Scriptoris insulsi, cerebro

Qui vacuus, rationis exfors?

Si ductitaris, *quæ Jove digna sit,*  
*Quæ virginali pompa simul chore,*  
*Et cui genas depingat Inda*

*Purpura lacteolas, virissam:*

Communis uxor vel meritoria,  
Dicetur & quæ non proprio viro  
Contenta, venum dans amores

*Poma legit peregrina, Tantum:*

Vultus venustas pascit & attrahit  
Libidinosi mentem, animum viri!

Ast nupserit tibi *Invenusta,*

*Pectore lata, jacensque mammis,*

Genasque rufa, & lusca oculo, simul  
Comasque torta, imò pede prodiga:

Interpretabere, heus, DEORUM

*Supplicium graviter ferendum*

B 3

Audistis





Audisti opinor. Sed, Neonymphule,  
Fatere verum: nonne logos putas,  
Quos rideat vel Crassus ipse,  
Tollere non solitus cachinnum?  
Annon aniles vel ficulæ magis  
Gerræ merentur dicier? Haut nego,  
*Cum gratia vultus duellum*  
*Esse pudicitia perenne.*  
Vah! quot pudicas tollere honoribus  
Fas esset: oris gratia, Candor &  
Ni virginalis prurientes  
Illecebris malè complicasset  
Procos. *Venustam* qui sociat sibi  
Nympham periculis næ caput objicit  
Dirissimis, calcatque flammam  
Suppositas cineri doloso.  
Verùm jugalem cui venit in torum  
*Deformis uxor, rancida, inutilis;*  
Exest medullas, ossaque ima  
Corporis, Ergò jugale pactum  
Est execrandum planitus, optume  
Mi sponse? Ne tu credito. Cernis, ut  
Hic nup̄iendus Butubatta  
Se proprio jugulabit ense,  
Sannâ & cachinno dignus? *Amastam.*  
Si tî *venustam* cinxia junxerit  
Juno, dolorem non vocabis,  
*Fulmina supplicii nec atris*  
Sed *Cypridos donaria pinguis*  
*Gratumq̄, speculum, ac effigiem auream*  
In qua potis vultu frequente,  
Es saturare tuos ocellos,

Si



Si virginellam turpiculam tuis  
Dignare tædis, non ea *adultera*  
Futura vel *communis uxor*.

Illepidæ quis enim maritæ  
Ambiret amplexus pariles? Nigra  
Combusta Phyllis serua Hyperionis  
Ardore ferventi haut procatur,  
Aut thalamo legitur cupito.

Examinans, Muti, hæc catus omnia,  
Justam ad bilancem, non volup' est magis  
Erronis instar divagari,  
Aut viduo cubitare lecto:

Vitæ sed illud, quod super est adhuc,  
(Vitam sibyllæ conjugibus precor)  
Salaciæ demancipare,  
Concubitu gaudens, jocosæ.

Ergò, integellæ, Jane, Viraginis  
Quem fors maritum fecit amænior,  
Labella pressa virginellæ, &  
Utere muneribus petitis.

Lætare, casti nunc spolium, ut decet,  
Capta pudoris, Sponse, animositer:  
Et *Nixiis Dis* annuatim hoc  
Mense litabitis ac datatim.

F.

*Amoris & honoris causa*

*Sponse ΑΥΤΑΔΕΛΦΩ*

*Johannes Cremerus Freystadio-Elysius.*

---

Ad sororem Sponsam.

Quas tibi sacrat Hymen, celebrare melismate conor  
Tadas: atq; nuces ferre tumulticrepas.

Sed.



*Sed calami crenam deponere querquera febris*  
*Cogit, quæ alterno sanguen & ossa rogo*  
*Urit. Nona novos emensa est hebdomas orbes,*  
*Ædibus inclusum cum mala pestis habes.*  
*Urbs Servesta nitens Soraborum nonne Smaragdus?*  
*Non & Anhaltiaci pulchra corona poli?*  
*Non ibi Parnasus? non sunt Heliconia tempe?*  
*Non sunt ad Nutam sat Venerum & charitum?*  
*An non (livor abi) par nubile nubile? nuptum,*  
*Purpurat atq; viret ceu generosa rosa?*  
*Atq; ego tam pulchras tadas, sponsoq; decentes,*  
*Atq; ego tam pulchri mania pulchra soli,*  
*Et tot doctiloquos in pulchra hac urbe Poëtas,*  
*Morbofo versu sponte meâ maculem?*  
*Omnia quin potius sic cedant alite fausto*  
*Sponse novelle, tibi, Sponsa tenella tibi:*  
*Ut vos nemo, quo ad disrumpant stamina vite*  
*Parca, morbofo carmine disruciet.*

J. C.





Cl 1926

ULB Halle 3  
001 556 118



Stk. 6 = Handschrift


Sb.

Paul Friedrich  
Buchbindereimeritor  
Merseburg a. S.


1017











Farbkarte #13

B.I.G.



65

omphæus,  
ditatis,  
TISSIMO VIRO,  
ANNI

iniori,  
incipi ac Domino,  
incipi Anhaltino,  
Sereftæ ac  
ijs.

*e conspicua*  
IN Æ,  
MERI, viri reve-  
anitate eruditio-  
quæ colligitur Lin-  
s vigilantissimi

næ:  
ois  
s  
adanâ.  
ris

XXI.  
RTMANNI.

